

μισῶν δ' ἔποτ' ἐμπληθῆσμαι

Τυναῖχας, εὐδὲ φησὶ πρὸς μ' αἰεὶ λέγειν.

hic longe gravius dixit pathetica αὐξήσῃ, v. 564.

Deestor omnes, horreo, fugio, execror,

Sit ratio, sit natura, sit dirus furor,

Odisse placuit.

Imprecationem etiam Thesei feliciter imitatus est iisdem fere verbis. Insuper in narrando vel Euripidem, Heinsii calculo, provocat. Dixerat Euripides v. 1162. Ἰππόλυτος ἔκ' ἐτ' ὄσιν. hic eadem brevitate effert, v. 994.

Hippolytus, heu me, flebili terbo occubas.

Melius etiam Pater subiungit,

Gnatum Parens obiisse tam pridem scio;

Nunc raptor obiit.

Quam ille quaestionem suam:

Πρὸς τίς; δι' ἔχθρας μὴδ' πρὸς ἦν ἀφιγμένῳ;

Ὅτι κατήχων ἀλοχον, ὡς πατρὸς, βία;

quomodo enim hoc fieri potuisset, quum Hippolytus vix à Patre abierit. Illustris etiam est δακτύλωσις illa bellæ marinæ. quum enim Euripides satis habuisset v. 1214. illam ἀγριον τέρας vocasse hic 12. versibus nempe à v. 1033. usque ad v. 1045. ita describit, ut vel legenti horrorem incutiat. Pari venustate etiam tempestatem descripsit, v. 1004. Simile ab arte nautica petatum, quod tribus tantum verbis concepit Euripides v. 1221. eleganter quoque amplificavit v. 1059.

Reliqua, quæ satis multa adhuc sunt, afferre propter brevitatem non licet. Sufficiant igitur hæc, quæ in præsentia pro ratione instituti tumultuaria hac opera congesimus. Omnia enim ordine annotare, & recensere animus non fuit. Sicubi etiam erravimus, placide monentes audiemus. Interim hæc minora, æquo, & harum literarum amanti Lectori commendamus.